



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

4. An actor libello suo cumulationem plurium actionum includere possit, & an conclusioni clausulam cum expensis vel certè hanc salvo jure edendi subjicere oporteat?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

exprimere causam proximam, veluti, peto
decem ad quæ mihi obligaris, quia eadem
res ex pluribus causis nobis deberi potest.

L. cit: & an eadem. & reus non posset ex illa
tanquam incerta, & non concludente cer-
tum aliquod jus agendi deliberare, an ce-
dere, an contendere velit. *cit. cap. fin: h. t.*

In reali verò, puta in rei vindicatione suf-
ficit exprimere causam proximam: v. g.
peto fundum meum, qui meus est ratio-
ne domini, vel quasi. *Gail: 1. obs: 6.* quia ex
eo sufficienter reus certificatur an cede-
re, vel contendere malit. *Gl: in cap. 2. h. t.*

& in *L. 1. ff. de edendo.* quandoquidem duo
non possint eiusdem rei dominium in so-
lidum habere. *L. Pomponius. §. sed & is ff. de
procur: neq; eandem rem pluribus ex cau-
sis obtinere quis possit. L. non ut ex pluribus
ff. de R. I.* Non prohibetur tamen actor cau-
sam domini simul libello inferere, afferē-
do rem suam esse, quia sibi legata, vel alio
simili titulo acq̄sita. *cap. 3. de sent. & rejud:*

4. Quod ad conclusionem attinet,
eam tradunt in primis necessariam, & ve-
lut stellam polarem esse, ad quam & Ju-
dex, & litigatores respicere debeant. *Iust:*

§. in o-

§. omnium Instit: de act: n. 128. Quod verum
 est in causis civilibus, non criminalibus
 L. 3. pr: ff. de accus: Clarus 5. sent: §. fin: q. 12.
 Ad has libelli partes principes, adjiciunt
 alias min^o principes. Narrationi enim præ-
 mittunt præfationē continentem nomen
 Judicis, actoris, rei conventi, imploratio-
 nem officii Judicis ad compellendū reum
 litem contestari & ad libellum oblatum
 respondere, præterea clausulas istas, *offerre
 libellum non formā solenni &c. & nolo adstringi
 ad superfluum probationem.* Nos hæc in li-
 bello civili superflua arbitramur. Nomi-
 natim quod attinet ad clausulam, *Nolo ad-
 stringi &c.* malè traditum est à Bartholo-
 ad L. Divus ff. de re jud: eā omisā necessita-
 tem incumbere actori omnia illa proban-
 di, quæ libello complexus est: quia Judi-
 cis est statuere quid, & quantum probari
 debeat, L. ad probationem: 21. C. de prob: L. 1.
 ff. de test: ADDO cumulationem plurimum
 actionum actorem libello suo includere
 posse. per L. si idem cum eo ff. de jurisdic: om-
 jud: Gail. 1. obs: 63. idq; favore litium. cap-
 nullus de re jud: in 6. at eo casu iis sigillatim a
 reo respondendum erit: & à Judice to-

tidem

tidem secundum cuiusque actionis natu-
 ram, sigillatim proferendæ sunt sententiæ:
 in eodem iudicio: quia tot sunt libelli,
 quot actiones & facta, & ideò cum separa-
 torum separata sit ratio, totidem senten-
 tiæ requiruntur: potestq; Judex partim
 definitivè, partim interlocutoriè pronun-
 tiare: ut v. g. si post conclusionem in cau-
 sa, quoad aliquod factum in actis allega-
 tum, desideret adhuc aliquam probatio-
 nem: potest rescissâ ex officio conclusio-
 ne, ulteriorem probationem injungere,
 & nihilominus quoad reliquas actiones
 in quibus nihil desiderat definitivè pro-
 nuntiare: non obstante quod sententia
 individua sit. *L. in hoc iudicio ff. fam: ercis.*
 quia id verum est, quando libellus unum
 factum continet: fecus quando plura, &
 separabilia facta. *Gail: cit. obs. 63.*

5. Conclusioni clausulam aliqui subji-
 ciunt, *cum expensis*: quam adeo utilem esse
 aiunt: ut Judex eâ non omisâ non sit ob-
 noxius eo nomine actori. *Barth: in L. 4. §.*
hoc autem iudicium. ff. de damno inf: Verùm
 id falsum esse colligitur ex *L. properandum.*
§. sin autem alterutra C. de jud. Subjiciunt &
 hanc

hanc